

Causa ex parumnarum pleno seboha nos rra ergas tulo lubet exspatiani. Scripsi  
 quadringentis uersibg quere moniam disciplina iam ferme morientis sed eam veritus  
 Censores nos proz, non audeo Typograpis committere, decheuerunt enim ne quid excludat  
 nisi ab ipsis exac sum atqz examinatum, non diffugio censuram: Sed quid de uersibus censeant  
 qui orationem uertere nunquam ipsi didicerunt Velim cognoscere quid de Doct. Peneo  
 sit factum. Ab tantum ne uirum tam indignis modis in stui et squalore contabescere.  
 Non ingrediar hanc quarelam ne quid animo tuo doloris concitem. Vale praelara  
 conuge et dulcissimis liberis. Salutem praecor prudentiss. Cos tuo dilecto fratri et eius  
 familiae. Brema 16 Augusti, 1579 Hillebrandum saluta ex me Ex animo tuus

Johannes Molanus

v. 324) Pax Christi [An. Huirice Laugen]

Generose vir Huirice a Laugen. Ego omni studio et diligentia et fide operam dedi,  
 ut filij tui Andreas et Rodolphus a Laugen quam optime educati omnia hic apud me haberent,  
 quae vel ad liberalem uicium, vel ad primam puerorum eruditionem intellexi necessaria esse. Sic  
 enim a nobis postularat, vir praelara memoriae Herbertus a Laugen frater tuus, quem uirum  
 si Deus nobis adhuc incolumem seruasset: tam repente pueri uestri, quos ille amabat ut suos, a  
 meo latere abducti fuissent. Ceterum hoc ego non indigno animo fero, suos esse eos scio, et mi tua  
 potestate. Tibi liberum est quaeuere ijs ipsis Magis trum, qui maxime accommodatus uidebitur ad  
 ad optimam institutionem. Illud submolesce tult, ita intempestiue eos ab schola nostra abduci,  
 tunc certe cum omnia essent in eis inchoata, ut nullam laudem capere possemus ex eorum uix  
 dum incepta informatione. Quamobrem si quisquam erit, qui nos trum laborem ausit reprehendere,  
 is ita cogitet, tam brevi curriculae temporis, in ingenijs non malis quidem illis; Non tamen  
 optimis, non continuo uberem laboris fructum exsare potuisse. Velut uerbum est. Nemo  
 deserit lanam in officinam fullonis. De tractatione autem. hoc est de lectio, de cibo et potu, deqz  
 cura corporum, si quis de nobis queritur, is sane magna nos afficit iniuria. Nemo liberalius Brema  
 accepit Adolescentes, quam tui apud me accepti fuerunt. Subile habuerunt meo proximum, lectum, instra-  
 tum et mollem praeter alios omnes familiares, In mensa sederunt primi ante alios domesticos, ut  
 optimo iure pro lectio, pro institutione, et pro uicium, idem praetium reddere debeant non iniusti, quod  
 alij iuvenes in ~~subsellis~~ subsellis sedentes, libenter, prompteqz reddederunt. Jam pridem  
 ius, et aequitas hoc postulant, ut pecunia, quam uicium et alijs puerorum necessitatibz fideliter impendimus  
 bona fide nobis restituatur. Non adremus pecunia nostra sine magno detrimento. Vos uiri nobiles, et opibus  
 abundantes non debetis esse difficiles, ad reddendum argentum, quod pro Educatione liberorum restitit  
 quam optime fuit multo ante a nobis collocatum. Certo si hanc uiam inuiserent ceteri, nobis qui  
 alienos filios liberaliter alimus, liceret per parentum negligentiam esurire. Quae res quam sit  
 indigna tuae prudentiae cogitandum relinquo. Rationes nominatim descriptas pueris dedi is tunc  
 emittibus: Nunc eas summamni contractas mitto. Fac ut argentum rationibz respondeat. Ita  
 factio est opus. Vale

Calendis Septembr. 1579 Bremae scholae Rector  
 Johan. Molanus.